

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

3. De ingressu in Jerusalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

di verbum hoc ; quòd terrena sapiamus, &  
cupiamus.

## MEDITATIO III.

*Solemnis ingressus in Ierusalem ante  
Passionem. Matth. 21. Marc. 11.*

*Luc. 19.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**C**AUSÆ, ob quas voluit ita Christus ingredi  
fuerunt quinque. 1. causa, ut ostenderet <sup>Causæ</sup> <sup>ingres-</sup>  
qua alacritate mortem adiret, qua invitati sunt sus tam  
Martyres. 2. ut intelligeremus, cùm postea tri- <sup>celebris.</sup>  
stitiam & agoniam ex consideratione Passionis <sup>1.</sup>  
sensit ; nihilominus in ijs ipsis secundum spi-  
ritum exultasse, quod nos facere oportet cum  
Paulo : *libenter gloriabor in infirmitatibus me-*  
*is.* 3. ut declararet benevolum suum animum  
erga ingratam civitatem, non obstantibus tot i- <sup>3.</sup>  
bi contra se excitatis persecutionibus, quòdque <sup>2. Cor.</sup> <sup>12. 9.</sup>  
etiam post toleratam ibidem mortem paratus  
esset illam in gratiam recipere, modò resipisce-  
ret, quod quotidie fit, quando per peccatum  
mortale Christo cruci affixo, conculcatoque e-  
jus sanguine, tamen is paratus est ad eandem  
animam redire, suaque gratia illam visitare. 4.  
ut doceret gloriosum esse pro Deo quævis pa- <sup>4.</sup>  
ti, præsertim in oculis Dei, Angelorum, & ho-  
minum justorum , ut triumphare nos doceat <sup>Pati pro</sup>  
inter ejusmodi opprobria. 5. ut tantò reddere- <sup>Christo</sup>  
tur <sup>glorio-</sup>  
<sup>sum.</sup> <sup>5.</sup>

*Ps. 87.* tur major ignominia Passionis, quantò celebri-  
*16.* or extitisset exceptio adventantis, juxta illud i-  
*Isa. 25.* Exaltatus autem, humiliatus sum, & conturba-  
*13.* tus: & apud Isaïam de Christo, *Sicut obstu-*  
*puerunt super te multi*, *sic inglorius erit inter*  
*viros aspectus ejus*, & *forma ejus inter filios ho-*  
*minum.*

## PUNCTUM II.

*Matt. 21. 2.* PRæparatio ad ingressum. 1. *A*sinam jubet  
*Marc. 11. 2.* adduci, aliàs semper pedes peragravit loca,  
*Luc. 19. 35.* ubi prædicavit: nunc verò non quadriga, aut  
*21. 5.* phalerato equo utitur, sed *asello*, præferens in-  
*Zach. 9. 9.* signia sui regni, paupertatem, & humilitatem,  
*Matt. 21. 5.* & mansuetudinem. *Dicite filiæ Sion*, *Ecce rex*  
*tuius veniet tibi justus & Salvator*, *ipse pauper*  
*& ascens* 2. *mittit duos*, qui  
*solvant asinam*. Sociatos esse vult Apostolos  
*charitate*: Est Apostolorum officium solvere  
*peccatores*: si qui prohibeant (nam sunt, qui  
*obstant bono animarum*) responderi jubet,  
*quia Dominus his opus habet*, non in suum,  
*sed illorum bonum, & pro gloria Patris*. Ad-  
*ducuntur*, ut ijs insideat, frænet, ac dirigat, quòd  
*opus est*. O infræna me Domine, & reduc  
*me in via mandatorum tuorum.*

## PUNCTUM III.

Honor Christo exhibi-  
 tus est à Patre.  
*P*lausus populi. Pater æternus, sicut Filium  
*suum ingredientem in mandum in pauper-*  
*tate & humilitate clarificavit, misso ad Pasto-*  
*res*

res Angelorum exercitu, qui illius adventum celebrarent, canentes gloriam in altissimis Deo, & pacem hominibus bonæ voluntatis, ita nunc ad Passionem solemniter Ierosolymam venientem excipi facit à simplici populo, non diffimili plausu, dum canunt, *Hosanna Filio David*, *Luo. 19.*

*Pax in cœlo, & gloria in excelsis : In cœlo 39.*

pax, dum cœlites hominibus conciliantur: unde gloria in excelsis ipsi Deo auctori redditur, Vestimenta substernunt : ita ego mea, & me ad pedes illius abjiciam, felicitati ducens, quod cedant in ipsius obsequium.

#### PUNCTUM IV.

**I**nvidia Phariseorum : Unde Christum interpellant : *Magister, increpa discipulos tuos.* Tales non sunt capaces, quibus communicetur intelligentia mysterij Christi, sed populus simplex. Respondit autem : *Dico vobis, quia si hitacuerint, lapides clamabunt : vel, illis tacentibus, dicit Dominus, lapides de me testimonium perhibebunt, quos ante vos in terra jacere cernitis.* Et verò lapides testificati sunt in morte Christi, quando petra scissa sunt, & cum, in *Matt. 27. 51.* pœnam, non mansit lapis super lapidem, excisa funditus civitate Ierusalem.